

Kaspar Ledebuhr Melchior Brinck

Disputatio Critica Prima, Super Jobum Exhibens Versionem verborum Fontis & paraphrasin in Orationem primam cap. 3. & secundam cap. 4. & 5

Regiomonti: Typis Reusnerianis, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796721009>


Druck Freier  Zugang






Cia - 452⁽¹⁾ - 2g.

1824





tea injustissimè multos mulctarunt, & dolores intulerunt, ita omnibus deinde doloribus iterum torquentur. Colligimus ergo ex fructib. præsentibus tua antehac sparsa semina, fecerunt.

37. 9

DISPUTATIO
CRITICA
PRIMA
SUPER JOBVM

*Exhibens Versionem verborum Fontis & paraphrasin
in Orationem primam cap. 3. & secundam
cap. 4. & 5.*

QUAM
CONSENSU SUPERIORUM

Sub Præsidio

M. CASPARIS LEDEBUHR

In Academia Regiomontana
publico Doctorum examini

subijcit

MELCHIOR Brinck/

Setin. Pom.

*Habebitur in Auditorio Philosophorum die 1. Octobr.
horis antemeridianis.*



REGIO MONTI,
TYPIS REUSNERIANIS 1642.

Quamquam a. me huic operi vix parem fore præviderem,
quippe quod non modo hominem Ebraicè doctum sed & totum

VIRIS

*Admodum Reverendis, Clarissimis, Excellentissimis
Theologis Sæctinensibus celeberrimis, de Pa-
tria optime meritis,*

Dn. Jacobo Fabricio, S. S.
Theol. Doctori, ejusdemq; in Pædago-
gio Professore, Orientalis Pomeraniæ
Superintendenti, ad D. Mariæ
Pastori, &c.

Dn. Christophoro Schulteto
S. S. Theol. Doctori, ad D. Ja-
cobi Pastori, &c.

Dn. M. Samueli Fuchsio,
ad D. Nicolai Pastori, &c.

Dn. M. Iohanni Micrælio,
illustris Pædagogij Rectori, Theo-
logo & Philosopho insigni:

Dn. Faustino Blennoni, ad
D. Iohannis Diacono,

*Dominis, Fautoribus, Promotoribus, Agna-
tis meis honoratissimis, Disputationem
hanc Jobianam observantiæ debitæ causâ
dedicatam mitto*

Melchior Brinck.



tea injustissimè multos mulctarunt, & dolores intulerunt, ita omnibus deinde doloribus iterum torquentur. Colligimus ergo ex fructib. præsentibus tua antehac scripta semina sceleratissimè



וַיֹּאמֶר יְהוָה

UT commodissimum iudicium formari possit de oraculo Job. 19. c. 25. &c. quod in primis contra Rabbinos astruam suo tempore. fontem Orationum omnium in libro Jobi breviter enarrabo per simplicem Versionem ejusq; enucleationem in obscurioribus locis. Perveniens cum Deo ad cap. 19. peculiarem disputationem contra Rabbinos inferam. Facile autem credo, non ubiq; intellectum me iri ab ignavis fontis, ob necessariam asperitatem & barbariem versionis. Fontem cum paraphrasi à lectore conjugungi volo. Deus adsit mihi Spiritu gratiæ suæ. Amen.

CAP. III.

v. 1. **E**T respondit Iob, (dolores acerrimos in similia verba effundens) & dixit. 2. Pereat dies, in quo nasciturus eram, & nox, quæ dixit: conceptus est vir. (totum tempus, quo vel natus vel conceptus sum, pereat ex hominum memoriâ tanquam tempus luridissimum, nunquam celebretur nox, qua masculus tanquam potioris sexus sum conceptus, multò minùs tempus, quo jam in lucem exiturus fui. Maledicit formulâ tum temporis usitatâ, natali suo annuo, ut pater ex sequentibus versibus; consequenter, ipsi diei nativitatis: optans, nunquam se natum fuisse, quod deinde v. 10. 11. &c. explicitè profert.) 3. Dies ille sit caligo (natalis meus dies densissimis obscuretur tenebris tanquam luctus maximi convenientibus testibus) non requirat eum Deus desuper, & non resplendeat super ipsum Lux (natalem meum devoteat ipse Deus negando ipsi lucem diurnam, cum contra lux soleat esse signum lætitiæ. & hinc natalitius recurrentibus

Quamquam a. me huic operi vix parem fore præviderem,
quippe quod non modo hominem Ebraicè doctum sed & totum

... invertantur) 4. Pol-
... umbra mortis (contrariæ, sempiternæ
& spississimæ adhæreant & incubent huic diei tenebræ)
habitet super ipsum nubes. (ut omnino maneat tenebrosus,
omnibus solaribus radiis procul remotis, ut ita cum
luctu jam conveniente conveniat) terreant ipsum (tene-
bræ & nubes) tanquam exacerbantes diem (uti ea, quæ o-
mnibus modis dirum & tetrum efficere diem possunt.
Schindlerus כמריים format a כמר ultima radicali
duplicata, vapores, sed non opus est tali forma. Simp-
licitas hic habeat locum. Mutatio est analogica
מריים exacerbantes. hinc קטב מריי Deut. 32, 24.
כ est similitudinis identicæ, ut ita loquar sic Hof. 5. 10.
לכמשיג גברל מריים loca dantur multa. Salomon dicit מריים
esse dæmones in meridie dominantes: Idem vult de
Deut 32, 24. Sed contextus & formatio Grammatica
hujusmodi subtilitates dissipat.) 5. Noctem hanc quod
attinet, accipiat eam caligo (ut verè sit & maneat nox te-
terrima) non gaudeat diebus anni (uti aliis felicioris omni-
nis & initii diebus anni festivissima remanet memo-
ria) in numerum mensum non veniat (nulla ejus celebra-
ndæ ratio sive publica sive domestica habeatur sed po-
tius proscribatur ex omni memoria) 6. Ecce nox hæc sit
solitaria (ne de ea sint convenientium gratulationes)
non veniat plausus in eam (qvalis fieri solet in natali feli-
ciori de conceptionis nocte. inhorrescat mea nox lu-
ridissimo silentio) 7. Diris confodiât eam maledicto res diei
(nox conceptionis meæ digna est extremâ maledictio-
ne, qualem detonare solent selecti ad infausta omina
devovenda homines. solebant Orientales populi con-
ductis præficarum lacrumis & clamoribus ingentibus
luctuosos dies persequi.) parari ad excitandum Livjathan
(non

tea injustissimè multos mulctarunt, & dolores intulerunt, ita omnibus deinde doloribus iterum torquentur. Colligimus ergo ex fructibus præsentibus tua antehac sarta semina. sceleratissimam vitam et cetera.

(non canticis festivis, sed clamoribus personet nox illa, qualibus fuscitari solet marina Livjathan.) 8. *Obrenobrentur stellæ crepusculi ejus* (nox maneat nox; auroram præcedens crepusculum tollatur subductâ stellarum luce) *expectet lucem* (auroræ oborturæ) & *nulla sit* (Lux:) & *non gaudeat palpebris aurora* (nullam habeat nox sequentem auroram, sed perpetua caligine squalescat. ut ita luctus conceptionis meæ continuato tractu ingravescat) 10. *Nam non clausit januas ventris mei* (ideo nox annua nativitatis meæ sit tam luctuosa, quod olim in ea conceptus sum ego teterminè afflictus; illa tum nocte, ventris mei, in quo conceptus sum, claustra fuerunt aperta, ut infelices auras caperem) *nec abscondit laborem ab oculis meis* (si tum non concepisset mater, præsentem me non angerent calamitates) 10. *Quare non ex vulva fui moriturus* (si utique conceptus sum, itane potui ex vulva matris emergens extingui? Quare non) *exivi, ut expirarem* (statim, ut nulla trahenda fuisset vitalis aura ad præsentem ærumnas tolerandas?) 11. *Quare prævenerunt me genua?* (quare cura obstetricum succurrentium promovit exitum ex utero?) *aut quorsum ubera, ut sugerem?* 12. *Nam nunc* (si tum aut non conceptus aut non natus, aut neq; obstetricis vel matris subsidio fuisset adjutus) *cubarem* (in morte,) *ut requiescerem: obdormissem, tunc requies fuisset mihi futura* (ab illo jam tempore per plurimas gravissimasq; calamitates redemissem, præsentem in primis nescirem) 13. *Cum Regibus & consiliariis terræ, edificantiibus desolationes sibi* (qui solitudines exhauriunt præclaris operibus, atq; ita nomen ad posteros splendidè propagant: at æqualis mihi fuisset cum ipsis in morte conditio, si ab utero matris extinctus fuissem. Par omnibus in morte

Quamquam a. me huic operi vix parem fore præviderem,
quippe quod non modo hominem Ebraicè doctum sed & totum

...nine, sine molestia : divitibus, paupe-
rius.) 14. aut cum Principibus, quibus est aurum, implenti-
bus domos suas auro. 15. Aut (cum prioribus modis non
fuerim vitæ huic ereptus, quare) sicuti arborivum occul-
tatum non fui futurus? (quare non fui imperfectus foetus
è matrice dejectus & extra solis aspectum in abdito ex-
tinctus?) Sicuti (inq;) embriones, qui non videntur lucem,
(mortui in utero matris) 16. Ibi turbulenti impii cessant
tumultuari, & ibi requiescunt fessi robore (in morte est qui-
es, nemo turbat, nemo turbatur.) 17. Simul, vincti (in vi-
vis) tranquilli sunt (in morte:) non audiverunt vocem ex alto-
ris (quæ vivis tyrannicè imperat. Miserrimi, dum vi-
vunt, sunt mortui in statu maxime contrario, respecti-
vè) 18. Parvus & magnus ibi est (in morte unus est om-
nium locus & fors) & servus est liber à domino suo (neq;
servus neq; Dominus ibi est. Summa, in morte est re-
quies. Hucusq; Jobus devovit usuram acceptæ vitæ,
jam optabit finè præsentis vitæ.) 19. Quare dabit (varumb
giebt man. Impersonales a. positiones, & affixa, in to-
to hoc libro crypticè ponuntur persæpe, ex natura rei
& contextu explicandæ.) calamitosa lucem (vitæ?) &
vitam amaris animis (afflictissimè tristibus?) 20. Expectan-
tibus mortem, sed non datur : & effoderent eam ex thesauris
(quærentibus in suo angore mortem, magis quam om-
nia pretiosa terræ) 21. Effusissimè latantibus & gaudenti-
bus, quod inveniant sepulcrum (qui instante abripiendi
mortè, non minùs gaudii conciperent, quàm si diu quæ-
situs occurreret thesaurus) 22. Viro (illis, inquam) cujus
via est occulta (qui in tantas ærumnas est conjectus,
ut quid agendum sit, nesciat) & operuit Deus illum (me-
dia elabendi omnia aufert, quo minus finis pateat
laborum.) 23. Nam cor am pane meo (quando reficere me
tento

tea injustissimè multos mulctarunt, & dolores intulerunt, ita omnibus deinde doloribus iterum torquentur. Colligimus ergo ex fructibus presentibus tua antehac sparſa semina. sceleratissimam vitam atq; hinc

tento quocunq; remedio) *gemitus meus accedit* (nova dolorum facies animum invadit) & *effusi sunt instar aquarum rugitus mei* (intēssissimi dolores, horrendos & continuos clamores effusim expressere.) 24. *Nam pavorem expavi* (uno timore debilitatus, timui semper novos successuros, nec vanus fuit timor) & *accessit me* (id, quod timni: in miserum corpus inundavit continua dolorum series) & *quod timui, veniet mihi* (nec meliorem mihi in futurum reservo spem; eadem fors, quæ hactenus fuit, quam timui, quam etiam expertus fui, adhuc est expectanda, qua omnium miserrimus homo ero conficiendus) 25. (Sicuti hactenus) *non pacem habui, non requievi, non remissionem habui; Et venit commotio* (Ex quo hæc mala obruerunt, nulla fuit requiei intercapedo; nova undiq; orta plagarum commotio dolores redintegrat. Vellem ergo, aut olim non fuisse me natum, aut jam morte necari.

CAPUT IV.

v. 1. **E**t respondit Eliphaz Themanites, & dixit: 2. Num tentatum est verbum ad te? defatigaberis. (non dum ullum tecum sermonem fecimus, & jam abjecisti infractus animum. Si הוּא formetur à אָהוּ , & simul à הוּא purius fluit textus: num tentabimus tollere verbum ad te, i. e. loqui? defatigaberis; certè eò minus recipies animi) *at cohibere verba quis poterit?* (non quidem ob animi tui depressionem essent ad te verba facienda, sed in hac re, quam tam perversè agis, quis tacere potest?) 3. *Ecce castigasti multos* (ne infortunio quodam vexati desperarent) & *manus remissas solebas corroborare* (perculosos timore animos consolari.) 4. *Labentem solebant erigere verba tua, & genua incurvata solebas confortare*

Quantquam a. me huic operi vix parem fore præviderem,
quippe quod non modo hominem Ebraicè doctum sed & totum

*care (afflictos calamitati cedentes verbis & opere ju-
vare.) 5. Quando jam veniet ad te (Tu es on dich wil
kommen) cum es defatigatus (nulla jam tibi ipsi habes re-
servata consilia, quibus alios juvando eras promptissi-
mus, sed animo concidis; quando) ad te pertinet, cum es
conterritus (cum aliis animum soleas addere, timorem
adimere, ubi nunc tuæ artes, te ipso indigente iis? Te
ipsum jam cura, Medice.) 6. Anne timor tuus est sapientia
tua, fiducia tua & perfectio viarum tuarum? (Tu Jobe antea
nihil in ore frequentius habebas, quàm Timor Domi-
ni, Timor Domini, hunc esse hominis sapientiã, felici-
tatem, fiduciam & perfectionem viarum, ut nulla ho-
mini Deum timenti possit accidere calamitas; viam
hominis pij in medio infortunio esse perfectissimam.
Ex hoc ipso vero principio, quod solebas aliis recitare,
te jam refutabo, & docebo, unde sit tibi sumendum ser-
monis initium in his durissimis divinitus immixtis
pœnis: videl. non deplorando dolorum magnitudi-
nem, sed deprecando criminum admissorum foedita-
tem. A timore Domini est exordium faciendum; sic
erit via tua perfectissima & emerges ex luctuoso hoc
malorum gurgite in perfectum felicitatis statum.) 7.
Recordare quaeso; quis est ille innocens, qui perire? & ubi recti
sunt excisi? (recollige quaeso, Jobe, omnium seculorum
& locorum memoriã, num unq; ullis accepisti sensibus,
innocentes tam miserabili modo, ut tu peris, perire?
ita eos excindi? Hinc facile cognoscimus, gravissimis
te sceleribus accersisse divina hæc supplicia, qualia ne-
quaquam sæviunt in pios, sed in impios.) 8. sicuti vidi
arantes malitiam & ferentes laborem merente illam. (impio-
rum est illa fors, ut pro scelerum merito suas sibi pœ-
nas habeant; proventus semini respondet: sicuti an-
tea*

rea injustissimè multos multatunt, & dolores intulerunt, ita omnibus deinde doloribus iterum torquentur. Colligimus ergo ex fructibus præsentibus tua antehac sparsa semina, sceleratissimam vitam atq; hinc est in hoc negotio exordiendū.) 9. *A flatu Dei* (potentia Dei judicis se exerente) *pereunt & à spiritu naris ejus* (æstuante ira) *conficiuntur.* 10. *Rugitus leonis & vox leonis aduli,* & *dentes Leuncolorum sunt evulsi.* 11. *Leo senex perire sine præda, & filij Leæna dissipantur.* (accumulat varia variorum Leonum nomina, sub quibus vanos Tyrannorum furōres describit, qui tandem compescuntur divina vindictâ, ut tandem Leo sit sine perdâ i. e. ut Tyranni raptis per omne nefas bonis exuantur, & filij Leonis, i. e. Tyrannorum dissipentur, qui antea tanquam invicti nullam fortunæ vicissitudinem metuebant sed ferociter suum crudelem animum contra miserose plebant. Loquitur a. de Jobo, tanquam hic fuerit nefarius homo, cujus per omne nefas corrumpere facultates absumptæ sint, Tyranno præter spem sine omni veste relicto, cujus etiâ filii à Patre ad eadem Tyrannica latrocinia educati, à Deo deleti sint ad vindictam surgente: 12. *Sed ad me* (ut ego contra te possem in hoc negotio esse instructissimus) *verbum furtim delatum est* (suscurre nocturnæ visionis audivi) & *accepit auris particulam ejus* (non omnia potui percipere, unicum hoc tanquam ad rem præsentem necessarium singulari providentia Dei cognovi ex omnibus afferendis; cogita quanti ponderis fuerint reliqua verba) 13. *In cogitationibus, ex visionibus noctis* (quando vacabam meditationibus, quales suggerere solet silentium noctis) *quando cadit sopor super homines*) 14. *Pavor occurrit mihi & tremor,* & *multitudinem ossium meorum consternavit* (totum corpus

B

tre

H. L. Q. C.

LIPSIÆ,

Literis ANDRÆ ZEIDLERI.

Handwritten signature: H. L. Q. C.

tremiscobat ad spectrum præsens) 15. *Et Spiritus super faciem meam transit, terrefacit pilum carnis meæ.* 16. *stat, sed non agnosco aspectum ejus, (figuram perfectam) imago (obscura) est coram oculis meis; silentium & vocem (suscurrem) audio (sequentem:)* 17. *Num homo Deo justior erit, num factore suo purior vir? (tam insigniter inferior homo Deo?)* 18. *Ecce servis suis (cœlestibus angelis) non adharebit (mentibus illis longè purioribus homine, subtrahit se Deus puniendo peccantes) & ponit in angelis suis fatuitatem (invenit & pronunciat in eis facta fatua)* 19. *Quanto magis incolentes domos luti (sunt injusti?) quorum fundamentum est in pulvere; conterent eos coram tineâ (si Angeli sunt in conspectu Dei impuri, tumq; id clarissimum fuit, quando Deus eos abjecit; quanto magis homo, qui hinc etiam moritur, circumfert corpus ex luto & pulvere constans, in eadem necessario resolvendum? hoc profectò homines intuiti debent humiliari coram tineâ; quando aspiciunt sortem hominum, qui in sepulcro à vermibus corroduntur: Tum decet eos suæ fragilitatis & peccatis contaminatæ naturæ tanquam mortem meritæ ante obitum meminisse & humiliter Deum unicè justissimū agnoscere.)* 20. *A mane usq; ad vesperam contundentur (inprimis justissimum Deum agnoscere debent ij, qui propter mortem continuis vexantur plagis aliis; harum est enim merita culpa agnoscenda) propter non intelligentem in æternum peribit, (qui in hujusmodi plagis non attendit justitiam Dei & suam culpam, ille profectò in æternum præceps perit.)* 21. *Nonne translata est residuitas eorum (qua post hanc mortem possent gloriosi superesse) in eis? (taliter viventibus sine agnitione culpæ sub pœna) morientur sed sine sapientia. (moriuntur hujusmodi homines stultissimè, non at-*

ten-

rendunt, propter talem mortem in primis sua esse sibi agnoscenda peccata.)

CAP. V.

1. **V**oca quæso, num tibi quis respondeat (inquire omnium hominum memoriam & terrarum spacia, num unum possis invenire, qui tibi sit similis & respondeat in infortnio, de quo dici posset, cum nihilominus esse justum) & ad quem sanctorum respicies? (omnium piorum recollige exempla, non invenies ullum, qui tantis fuerit à Deo affectus malis) 2. Nam propter stultum interficis indignatio & facuum occidis Zelus (si Deus indignatur, iræq; suæ supplicia exercet, tum impii adsint necesse est. In hos, non in pios, adimadvertit, qui stultissima libidine corrumpunt vitam & nihilominus omnem sibi securitatem promittunt. tandem exardescit Zelus Domini & tales nebulones de medio tollit; Quod exemplo conspicuo, quod ipsemet vidi, tibi comprobabo) 3. Ego vidi stultum radicem facientem (qui impiissimus erat, nihilominus perversamente multas spes sibi parabat de solida sua nepotumq; felicitate, sed pessimè fallebatur) & maledixi habitaculo eius subito (dum ille dulci se oblectat futuri status persuasione) 4. Procul erunt filii ejus (quibus amplissimas fortunas se relicturum putabat) à salute: & conterentur in porta (judicii) & non erit ereptor (omni bono eventu carebunt. injuriis & vexationi omnium liberè patebunt vindice Deo.) 5. Cujus messem famelicus edie (amplissimæ impii fortunæ non cesserunt liberis ejus, sed in peregrinorum & pauperrimorum sinum dilapsæ sunt.) & ad ex-spinis sumit illam (pauperrimi homines, qui antea ex spinarum floribus ægerimè sustentabant

B 2

vitam

H. L. Q. C.

LIPSIÆ,

Literis ANDRÆ ZEIDLERI.

vitam, ditissimis impij illius à me maledicti opibus, si-
cuti injuste partis, justè diffluentibus, auerti sunt, quæ
ad miserima ante actæ vitæ subsidia ex spinis colle-
cta, jam advenerunt lautiores) & *exhaurit sicculosus ro-
bur ipsorum* (Qui antea siti contabuerunt, jam infelices
impiorum facultates feliciter ad se præter omnem o-
pinionem trahunt. Est hic copulata disjunctio, præ-
dicata diversa utriq; subjecto competunt) 6. *Nam non
exhibet ex pulvere afflictio, nec è terra germinat ærumna* (vi-
des Jobe, ex dato exemplo, causam infortunii reside-
re in hominibus non forte fortuito ad venit calami-
tas; sicuti terra multa nobis obijcit nihil laborantibus
vel opinantibus, germinis & frugum genera. Nequa-
quam) 7. *Sed homo ad ærumnam natus est* (hominis natu-
ra ita est comparata, ut ad calamitates referatur tanquã
causa ad effectum) & (sicuti) *fili altitudinis* (ut sagittæ, a-
ves, scintillæ) *elevant volatum*. (Propius videtur ad vim
verborum & intentionem Eliphazi accedi, si D expli-
cetur, quasi verò; ut sensus sit negativus. quasi verò
homo nasceretur ad labores, ad infortunia & pœnas
hujusmodi, sicuti naturaliter aves & scintillulæ in al-
tum volant; & non potius certa esset de novo cujusq;
pœnæ culpa, quam tu non vis agnoscere; hinc fortui-
tum erit infortunium tuum) 8. *Certè ego queram Deum*
(fortem) & *ad Deum* (judicem) *ponam verba* (eloquar
jam, quomodo Deus se habeat in hujusmodi, de quo
loquimur, negocio) 9. *Qui facit magna, ut non sit investi-
gatio; mirabilia usq; dum non est numerus.* (impervi-
gabilibus & innumeris modis potentiam suam & judi-
cium exerit Deus circa impiorum conatus infringen-
dos.) 10. *Qui dat pluviam super faciem terræ, & mittit
aquam super faciem platearum* (sicuti Deus vi potentia
sue

12.
sua mirabilis laboranti terrae suggerit pluviā com-
modissimā, ita etiam laborantibus ob tyranni-
dis æstum egenis succurrit mirabiliter, ut sequitur)
11. *Ut ponat humiles in altū, & luctu squalidi exalati sunt sa-
lute* (ut à Tyrannide oppressi gloriosè liberentur, ac-
cepto liberrimo & felicissimo statu post interitum Ty-
rannorum.) 12. *Frangit cogitationes astutorum, ne faciant
manus eorum rem constantem* (astutissimè quidem Tyran-
ni disponunt sua consilia, sed nihil in effectum deduci-
tur planè.) 13. *Capit sapientes in astutia ipsorum, & consilium
versutorum est præcept* (licet variis fraudium gyris se tor-
queant ad irretiendos alios, ipsi tamen implicantur, ut
experiantur, nimis præcocia se instituisse consilia, qui-
bus prosperrimos promittebant eventus; etiam spe
jam omnia devoraverant, sed nimis fatue ante tem-
pus.) 14. *Diu occurrent tenebris, & tanquam noctu palpa-
bunt in meridie* (quando putant, se jam voti sui astutissi-
mi compotes fore, tum Deus eos subito deturbat in in-
ane.) 15. *Et liberavit (eum, qui ope indiget) a gladio,
ab ore ipsorum (a vi & condemnatione Tyrannorum) &
à manu robusti egenum (qui cogitur consentire in libidi-
nem Tyrannidis, cui non potest resistere.)* 16. *Et fuit ex-
hausto spes (cum Tyrannus solus spem quasi sibi unice
haberet, contra egenus omni spe & voto destitutus &
exhaustus esset, ex contrario eventu ea spes in sinum
exhausti devenit) & perversitas contraxit os suum (quod
antea plenis buccis invehebat in miserorū caput, & o-
mnes ad exitium sua opinione damnabat, jam aliter re-
versā obmutuit)* 17. (Quæ cum ita se habent, ut cum
mala ingruunt, homo injustus, Deus misericè justus
fit, alio animo præsentia mala recipias oportet, quàm
quâ hucusq; ejulasti.) *Ecce bene homini, quem arguet Deus,*
B 3 obcom-

H. L. Q. C.

LIPSIÆ,
Literis ANDRÆ ZEIDLERI.

Excell.
M. H.

(ob commissa peccata) & correptionem Dei (qua te jam adimadvertendo instruit) ne spernas (negligens occasionem & finem ejus exoptatissimum, quem assequi potes, si tibi ipse vis consultum.) 18. Nam ipse dolore afficiet & colligabit; cruentabit & manus ejus sanabunt (sicuti à Deo præsentissimæ sunt peccatori poenæ, ita respicienti præsentiora remedia ab eodem Deo.) 19. In sex angustiis (constitutū) eripiet te, & in septem non attinget te malum (etsi plurima mala circumstant, hæc tamen omnia jamjam auferentur, si immutaveris perversum animum. Tuum infortunium, non erit infortunium. Loquitur non ad Jobum immediatè, sed propter Jobum; sed sub ratione præceptorum communi, ubi ad secundam personam sermo dirigitur. sententias profert.) 20. In fame eripuit te à morte & in bello à manibus gladij. 21. In flagello linguæ (quando calumniæ & condemnationes circumvolant, tum) occultaberis (securus eris ab omni infestatione, etiã omnes ictus elides) & non timebis devastationem, quando veniet. 22. Vastationem & famam ridebis (lætus eris & securus) & à bestia agri non timebis. 23. Nam cum lapidibus agri est fœdus tuum (si totus tuus ager esset devastatus, nequaquam tamen desisteret plenis fluctibus te ditare) & bestia agri conciliata est tibi (ne tua vel te perdat. Summa: ex omni malo eluctaberis, lætissimus, tutissimus, & felicissimus. Affertur hic species infortunij & felicitatis, non tanquam species, sed tantum, ut quadammodo genus (infortunium & felicitatem summam) describentes.) 24. Et scies (experieris) quod pax (tranquillissimum) sit tentorium tuum & visitabis habitaculum tuum & non peccabis (instrues tua negocia & non errabis in spe & voto tuo) 25. Et scies, quod mulcum sit semen tuum (prolificus eris) &

geni-

genimina tua (parvuli tui liberi) erunt sicut gramen terra
(quod uberrimè procruditur.) 26. Venies in senio ad se-
pulcrum (longævus eris) sicuti ascendit acervus in tempore
suo (sicuti fruges in horrea non colliguntur antequam
maturuetunt, tum cum gaudio in suum locum trans-
portantur; sic Tu non morieris, antequam debitus
longævæ vitæ terminus advenerit.) 27. Ecce hoc! (quod
tibi reulij) inquisivimus! (omnia exactè experiendo &
meditando cognovi) Ita est! (omnia, sicuti dixi, sunt
certa:) Audi hoc, & tu (ipse o Jobe) scito tibi (auditum
discursum verissimum de causis & fine malorum opti-
mè imbibe & juxta eum te instrue: utpotè qui jam à
Deo puniris, disce ad naturam judiciorum Dei jam à
me expositam te componere. Sic ipse gratulabor ti-
bi de tantis doloribus, qui ad veram felicitatè tibi
mirabiliter via fuerunt.

Primam habes, Lector benevole, in Jobum Disputationem:
reliquas, quas subjungere fuit animus, alio loco & tempore
cum Deo conscribam. Jam ob temporis angustiam cogor hic ve-
la contrahere in Patriam rediens. Interea pax Dei conservete.
Duas alias habui Disputationes in Jobum, unam de versu 15. —
cap. 13. *הן יקטלני לה אחר*, posteriorem de v. 25. 26. 27.
cap. 19. Utrumq; exposui ex concatenata fontis indole. Ubi no-
vem capitum ab undecimo versio per paraphrasin illustrata fuit.
De primo novū quid jam in medium afferam, tentaturus, possit-
ne notæ Masoreticæ locus dari. Hoc in dicta disputatione ne-
gavi propter simplicitatem fontis, absq; causa non torquendam;
quod adhuc assero. Imò in discursu publico dixi, non esse conve-
nientem contextui contrariam explicationem; quod adhuc ve-
rissi-

H. L. Q. C.


LIPSIAE,
Literis ANDREÆ ZEIDLERI.


rissimum pronuncio de illis explicationibus, quas frontispicio di-
 sputationis inserui. Tentabo jam ipse, an commodus ad con-
 textum possit sensus elici ex nota masorethica substituta. Af-
 firmo, sed ita, ut אֲנִי הָיִתִּי sit conditio conjunctim positiva;
 Quid velim, intelligetur planius ex conjuncto verborum nexu.
 q. d. Ego non sum hypoerita. Nam ecce occidet me, in ipsum spe-
 rabo, (cum jam mors mea presentissima instet, Et nihilominus
 sperare velim moriens in Deum) profecto vias meas (si essent
 hypocriticae) coram Deo arguerem. Hic אֲנִי הָיִתִּי in eum sperabo,
 est & proferitur tanquam praesupposita conditio quid nimirum ex
 ea sequatur. Mors ergo & spes, hic non proferuntur ut qua-
 dammodo pugnantia, sed conjuncta simpliciter, probant,
 argui debere commissa peccata, ita posset contextus optime flue-
 re. Sed rege ro solus contextus non sufficit constituendae verae sen-
 tentiae. Lingua & contextus absolvunt numerum principiorum
 unitim. Illa non potest sine hoc consistere, est n. varia, in mul-
 tiplicis formas transiens pro ratione materiae. Neq. hic sine illa,
 ut pote fundamento, alias liceret primum Psalmum exponenti,
 canticum Debora substituere pro ingenii volatilis natura. Cum
 mea contraria sententia commodissimum sensum habeat & sim-
 plicem verborum indolem simpliciter sequatur, retineo eam,
 quamvis non prorsus alienus ab altera ob possibilitatem ratione
 linguae, & convenientiam ratione contextus, sed in sensu,
 quem proposui: alius non potest consistere. Quilibet se-
 quatur, quae sibi solidior videtur, alterutram
 explicationem.


DEO GLORIA.




...neutran-
 tea











the scale towards document

DE ZIZ SADAL.

31

apposuerunt, quorum duos modò laudamus, Con-
poreur, qui paucis rem executus est, in *prefatione*
is Kimchi pramissa, & qui prolixius atque ex in-
eodoricum Hackspanium *tractatu integro de Scri-*
ptura in Theologia usu vario ac multiplici, cujus lectio
ndanda iis, qui, cum ipsi se harum literarum ru-
nequeant, aliis quoque pestilenti conatu persua-
hæc omnia ad farinam. Quod quidem omnium,
negligunt, intercalare carmen, jamdudum lepidè
dein *in Aristarcho fol. 699. & nec aliam scientiam*
ad fœnum quicquam conferre, quò boves, aut ad car-
ascuntur.

pro assertione nostrâ unum saltem argumentum
colligimus: Cui Elenchus anti-Judaicus deman-
orum Rabbincorum, ipsarumque fabularum Tal-
itio est summè necessaria. Atque Doctori Chri-
anti-Judaicus demandatus est. Ergò. *Majorem*
robamus ab officio illius, qui cum adversario
greditur, quippe quod primò omnium requirit,
tentiam ac thesin probè cognitam perspectamque
B. Dannhauerus *in Idea boni Disp. & malit. Sophiste*
I. p. 90. Difficile est, inquit, alios refutare velle. Hoc
est, nisi ejus, qui cum disputat, principia, hypotheses,
& exactè intelligat, ne ludibrium persolvat suo adver-
signationem justam. Tum verò in specie à diffi-
onum anti-Judaicarum, quæ majorem tam circum-
m cognitionem Judaicarum thesium requirunt,
tum est à Josepho Scaligero *in Excerpt. p. 185. Judæi*
nt, sunt subtiles, inquit. Justinus Martyr, quàm mi-
nem scripsit & Tertulianus? Debet esse valdè peritus
deos vult reprehendere & refutare. Hæc ille. Mi-
ra litera Tit. I, 19. sit δυνατός τῶς ἀνυλέγοντας
verò inter omnes ἀνυλέγοντας primi & præcipui
te jurati hostes crucis Christi. *Conclusio* denique
simul

V cognitio v
9) dispuat
9) signa e
3) nulli v
4) g v Alce
V fabulari
ca